



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Aibertvs C. 7. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

178 VITÆ S A N C T O R V M . 7 . April.

carcerem ad filium penetrat , vulnera obligat , gratusque vocibus prædicat, quod Martyrē peperisset. Noctu inter precandum cœlesti voce confirmantur. Damnato denique ad crutem CALLIOPIO, mater pretio lictores obstrinxit , ut situ inverso statuerent crucem. Mira feminæ virtus in comparatione Machabææ vocanda. Ad supplicium velut triumphantem prosequitur , in cruce tanquam solio filium spectatura. Pendentem cœlestis nuncius ad æternicatis gloriam evocavit mater amplexu stringens exanimum , pignus præmissum ad Superos filium è vestigio est insecura. Ex Metaphr. & Baron. in Nor.

Perpende & invicem confer tribulationem & gloriam; momentaneum & eternum ; leve & pondus; gaudie & exulta , quia quod tribulationis sustinens, momentaneum est, quod glorie præstolaris eternum est; leve est, quod toleras, pondus, quod expectas. S. Petr. Dam. l. 8. ep. 6.

S. A I B E R T V S C . 7 . Aprilis.

A I B E R T V S statim à puero preceptionibus somnum distinguebat. Terram , originis memor, frequenter osculabatur : finemque respiciens, modico alimento moriturus utebatur. Cum viam S. Theobaldi Poeticis vinclam numeris à vaavo homine demississet altius in postus , in loca primùm sola recessit. Aquilæ deinde specie cucullum sibi offerentis excitatus , ad Monastiken se vocari intellexit ; demum in solitudinem rediit finemque arctioris vitæ initii æquavit. Ibi cùm, aditus aquarum eluvionibus oblesso , vitæ necessaria aceretur, Deipara virginum choro cincta buc-

ceam

8. April. VITÆ S A N C T O R U M . 179

ceam panis in os AIBERTI indidit, quā exinde cibī
inopiam annis duobus & viginti, duobus minūs
bibendi desiderium sustentavit. Cilicio corpus,
imò innocentiam tegebat; neque enim castitas
tutius habet involucrum. Centies quotidie pro-
cumbens, verba divinæ ad Deiparam legationis
iterabat. Scanno solōe somnum excipiebat, in-
gratum naturæ exactorem & pretiosi temporis fu-
rem multandum, non mulcendum existimans.
Multos à devio in semitam virtutis, histrionem
adeò, cuius quenam odæ mutandi statūs occa-
sionem præbuerant, revocavit; facilis audiendis
pœnitentium criminibus, plusque patris quam ju-
dicis adferens ad tribunal. Vitâ ad hunc modum
in annum quinquagesimum prolatâ, rebus huma-
nis eximitur anno M. C. XXIV. & nunc quoque
non nisi uno cibo pascitur, ASPECTIV DEI. Ex Sur.
& Lippel.

Inter pressuras & arumnas ad illum semper ocu-
los erige, qui te paratus est, post flagella, dulcedinis
sue gremio consolare; qui te post turbines & procel-
las in supernæ quietis amœnitate constituet, & ab
oculis tuis lacrymas linteo consolationis absterget. S.
Dam.l.8,ep.6.

S. WICTERPVSE EPISC. 8. Aprilis

D E WICTERPO Gallia contendit & Bojaria.
sed cœlum pridem litem diremet, cùm sibi il-
lum vindicavit verior patria. Pontifex Augustæ,
fundum, quem ad Iulias fauces habebat, Eptati-
cum, DD. VIRGINI & Laurentio donavit, locum-
que eum velut ad sanctiores ferias Tusculum ha-
buit, frustra Henrico Antistite etiam mortuum
inde